

Nobilissime Domine,
 Quoad constitutionem Illustris-
 simae principis Aurariae, heri
 sub meridiem indigitavi futu-
 ra uterinae haemorrhagiae pro-
 dromum. Vehementia subsequita
 est aliquot horis post, more consu-
 eto, cum lumborum dolore, et cum
 lipothymia crebra et tanta, ut
 fere lipopsychiam dixisses, ex
 sanguinis transvasati grumo
 quem per septihorium excre-
 vit copiosissimum. Vis regi-
 tiva corporis, per ordinaria no-
 stra remedia corroborata, uti

per hesternas meas monui, pri-
mo aliquid dilutionis cruoris
conata est expellere paulatim per
uteri collum: mox affatim et
immediate per uterum ipsum.

Tandem suborto sudore universa-
li, quod in hoc subiecto rarum est,
supradicta symptomata sunt mi-
tiora. Expulsionem hanc, quam
natura molita est, moderari, et
in quantum possibile est, vires re-
stituire et conservare, prae-
cipua cura laborisq; nostri inten-
tio est. Illustris Domina Bredero-
dia: Domicella Schelin: et Severania,
una mecum tota hac nocte vigila-
verunt. Deus ter opt. max. Illustrissi-
mam principem servet, et mox pristinae
valetudini restituat. Vale vir nobilissimus
et salve à Hob. T. addictiss.
Christiano Rumpffio

Abama Hoya Comitiss
die D. 24. sept. 1640.
in curia, hora 5ta

u,
ver
t
t
ni
m
t
u
n
n
b
a
l
n
u
ms
t
fi

[Faint, mostly illegible handwritten text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.]

Hobilissimo Domina
de Subitum, M: pr:
Aurici Secretario.